

P R I M U M est Iacobi credulitas. A-
gnoscit vestem filii, quamvis cruenta-
tam & laceram: moxque fidem habens
filiorum mendacio, à bestia laniatum
esse Ioseph: *Ita est, inquit, ut dicitis mala
bestia deuorauit eum: rapiendo raptus est.*
L X X . bestia rapuit Ioseph. Sed fallitur &
labitur facilitate credendi perturbatus
pater: Est vestis filii lacera, cruenta. Er-
go filius est deuoratus à bestia. Errat à
signo probabili concludens quasi à ne-
cessario. Poterat vestis esse Iosepho ere-
pta: poterat sanguine alieno respurgi,
non à fera bestia, sed à fratribus bestiis,
qui eum oderant. Erant ergo nuntii vel
filiū accuratiū examinandi de tempore
& loco, quando & vbi inuenissent ve-
stem: erat asspiciendus locus, vbi lanien-
na facta, quia vix totus potuit esse de-
uoratus: accolæ vicini audiendi, an be-
stiæ malæ ibi grassarentur: sanguis ex-
aminandus, humanusne an hoedinus es-
set. Verum nimia animi perturbatio
cum de his cogitare non sinens, facit, vt
malam bestiam innocentem accuset:
pessimas bestias filios, parricidas suspi-
cione absoluat.

M onemur hoc Iacobi errore, vt in si-
gnis & indiciis accipiendis cauti simus,
nec nisi exploratis bene circumstan-
tiis de effectis pronuntiemus: alioqui
facilime fit, vt fallamur & erremus: Id
vero maxime fieri conuenit in iudiciis
grauioribus, vbi periculosus est error.
Procluuis autem maxime est error, cum
affectu vehementiore animus præoccu-
patur.

A L T E R U M est Iacobi ex morte cha-
rissimi filii luctus & dolor: lacerat vesti-
menta, sumit cilicium: Hic gestus erat
aliquando indignantium pro læsione
gloriæ Dei: aliquando vehementer do-
lentium: significans internam animi la-
cerationem seu mœstitudinem: adiaphorus
quidem per se, nec improbus in piis,
qui vere corda lacerabant, & se humi-
habant coram Deo: reprehensus vero

A in hypocritis, I oel. 2. *Scindite corda vestra, non vestimenta.* Additur, quod luxerit fi-
lium diebus multis, hoc est, toto tem-
pore, quo mansit in opinione laniati à
bestiis Iosephi, annis prope 23. Grauis
luctus Patriarchæ non carens iusta cau-
sa. O batus est senex pater filio senectu-
tis charissimo. Audit mortis genus cru-
dele, à bestia laniatum. Accessit haud-
dubie propriæ conscientiæ morsus, quasi
tantæ noxæ causam præbuerit, quia ad
fratres longius ablegauerat. Etsi autem
B in luctu modū excelsit Iacob, vt seque-
tur; tamen cius luctus per se vitio vacat.
Quis enim parens de amissō tali filio, &
tali modo non acerbe doleret? Cogite-
mus de luctu Academiæ nostræ, quem
obitus Reuerend. viri D. Tossani ante-
cessoris eximii hisce diebus nobis attu-
lit. Meminerimus vero, modum tenen-
dum esse, ne ruentes contra Deum, qui
euentus nostros moderatur sua prouid-
entia, fiduciam & spem vitæ futuræ
excutere videamur.

C TERTIUM est: *Filij omnes & filia o-
mnes surrexerunt ad eum consolandum:* Filias
igitur præter Dinam plures habuit Ia-
cob; nisi forte neptes aut nurus per fi-
liais intelligere libeat; quasi dicat, o-
mnes domestici, magni & parui in tan-
tum patris luctum leuandum concur-
rebant. Filiorum vero quanta fuit tum
impudentia, qui, cum ipsi tanquam be-
stiæ Iosephum deuorassent, ad conso-
landum patrem accedere audent; tum
peruicacia, qui, cum pessime sibi con-

D sci essent, in scelere absque pœnitentia
perseuerare non dubitant? Ita hypocri-
tæ egregie dissimulare internum virus,
tegere conscientiæ ulcera, & foris verba-
dere norunt, vt insontes ac beneuoli
appareant, cum sint minime. Ethomi-
nibus quidem facile imponunt, at Deus
occulta cōdium tandem manifestat
cam eorum dedecore.

DENIQUE Iacobi planctus immodi-
cūs: Respiuit filiorum solatia, siue quod
suspe-